



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vera Concilii Tridentini Historia

Contra falsam Petri Suauis Polani narrationem

Pallavicino, Sforza

Antverpiae, 1670

Sanctissimo Domino Nostro Clementi X. Pontifici Opt. Max.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11642

vij
S A N C T I S S I M O
D O M I N O
N O S T R O
C L E M E N T I X .
P O N T I F I C I
O P T . M A X .



ISTORIAM Concilij Tri-
dentini, quam Sfortia Car-
dinalis Pallauicinus Italicè
conscriptam secundò edi-
dit, à me Latinè conuersam, non eru-
besco, BEATISSIME PATER, Tuos
ante pedes deferre, Tuique patrociniij
luce perfundere. Duo sunt præcipua,
quæ mihi, tenuitatis meæ conscio, ru-
borem

borem abstergunt, & animos addunt;
Operis à me translatis dignitas singularis,
& incomparabilis humanitas ac pietas
Tua, cum pari sapientiæ prudentiæque
splendore coniunctæ. Etenim argu-
menti amplitudo summa est : quippe
quod Synodum complectitur, plurimis
doctrinæ dogmatis, morumque legi-
bus supra ceteras instructam, Christia-
næ veluti Fidei munitissimam arcem;
simulque defensionem egregiam Pon-
tificiæ auctoritatis, ac sincerissimæ veri-
tatis. Argumenti celsitati consonat præ-
celsi Scriptoris & sapientia & solertia &
elegantia, quibus apud omnes sapien-
tes commendationem plausumque
promeruit. Verùm hæc ipsa Operis di-
gnitas me deterruisset, ne illud à me La-
tinam

mod

tinam in linguam translatum tanto No-
 mini consecrarem, nisi humanissimum
 ingenium Tuum, & in eo admirabilis
 illa temperatio eximiæ religionis, &
 exquisitæ sapientiæ ac prudentiæ, inge-
 nuam quamdam audaciam mihi indi-
 didissent. Nemo sanè est, qui amabilem
 festiuitatem, ac beneficam comitatem
 & animi & oris Tui admiratus exper-
 túsque non sit; vt hanc præstantissimam
 animi dotem, in Te planè ingenitam,
 non Tibi virtus & industria compara-
 rint, sed excoluerint, exornarint, & ab-
 solutissimè perfecerint. Hinc oritur
 communis omnium erga Te beneuo-
 lentia, obseruantia ac venerationis ple-
 na; hinc inflammata obsequiorum stu-
 dia; hinc intima cunctorum vota, in
 abisq; ** tuam

tuam felicitatem & gloriam conspirantia. Sed patrocinantis mihi comitas Principis satis non esset, nisi accederet admirabile studium pietatis, cum sapientiæ prudentiæque præstantia, quæ litterarium hoc munus, Catholicæ Religionis Armamentarium, suâ luce donarent. Maiestas Principis exterius quoddam lumen est, quod extimam operis faciem illustrat: pietas & sapientia Principis subeunt religiosi operis penetralia, & intimo fulgore perfundunt. Iam verò Tuæ pietatis claritas tam in aperto se prodit, ut omnem adulationis vmbra omnino disijciat. Perpetuam in Te vitæ diuturnioris integritatem spectatrix Italia semper venerata, auditor terrarum Orbis admiratus, Tuæ probitatis exempla de-
prædi-

prædicant; Tuæque virtutis excellen-
 tiam, omnibus planè numeris absolu-
 tam, lux publica, quæ falli non potest,
 tot annorum testimonio numquam in-
 interrupto fatetur: sapientiæ verò pru-
 dentiæque Tuæ decus ac specimen, pu-
 blica munia per summam laudem à Te
 obita luculenter declarant; in quibus
 exercendis nihil à Te profectum est,
 quod cum omnium Ordinum com-
 probatione plausúque exceptum non
 fuerit: vt proinde cunctis non admira-
 tioni solùm, sed voluptati sit venerari
 supremum Ecclesiæ Principem, in quo
 (quamuis grauitatem senectutis acriter
 causante, & votis communibus viriliter
 reluctante) animi dotes, & vigor sapien-
 tiæ cunctarúmque virtutum, Vaticana

** 2

Comi-

Comitia compulerint, vt vnanimi consensu Purpureum galerum Pontificiâ Tiarâ præuerterent. Ne igitur grauere, SANCTISSIME PATER, ET HVMANISSIME PRINCEPS, quâ soles hilaritate, meas hasce lucubrationes excipere, ac tueri.

Ad osculum Sanctissimorum pedum prouolutus

Ioannes Baptistâ Giattinus.



IOAN.